

catio corporis, & sanguinis ipsius. Et totidem
uerbis eandem repetit sententiam libro tertio, de
doctrina Christiana, cap. 9. Dominus, & Aposto- 74
lica doctrina tradit pauca quaedam signa, sicut est
baptismi sacramentum, & celebratio corporis &
sanguinis Domini. De horum sacramentorum ui,
& efficacia certi sumus propter institutionē, præ-
ceptum, & promissionem Christi, expressam in
Euangelio. Sed doceri non potest Christum insti-
tuisse primum coniugium in Euangelio, & alias
quatuor caeremonias ad significandam remissio-
nem peccatorum, Et ut sint certa testimonia gra-
tie gratum facientis, ut uocant, hoc est, reconcilia- grā gratū faci
tionis, & iustificationis, & addidisse eis promis-
sionem Euangelij propriam de gratuita miseri-
cordia, iustitia, & uita aeterna.

Secundus articulus Louan.

Baptismus ad salutem omnibus est
necessarius, etiam infantibus, per
quem peccata plenè tolluntur, &
fiunt filij Dei, ac hæredes uitæ æternæ:
Nec unquam est iterandus.

Secundus articulus responsionis.

ET de hoc articulo conuenit per omnia in-
ter nos, & scholasticos. Nos enim confite-
mur

MUR